

RECTOR ACADEMIÆ LIPSIENSIS.

Typis exscribebat GREGORIUS Kitzsch

REVIEW OF SAGA CANADA'S PRESIDENTIAL SISTEM

A decorative woodcut-style illustration featuring a central diagonal sword or scimitar. The blade is decorated with a repeating floral or scroll pattern. The hilt is visible at the top left. The background is filled with dense, swirling foliage and flowers, enclosed within a rectangular frame with stylized corner pieces.



lux senior affulit. Hinc quantum servitus temporis suffurrari poterat, id omne audiens publicus Professoribus, & privatus exercitacionis jumma & quasi lumen etiam modo in eorum noticiam & familiaritatem sese magis illatebravit. Comparaverat jam sibi tantam eruditio[n]is suppellectilem, ut de illâ videretur alius imperiri posse, & quasi lumen accendere de suo. Quare ut maiore cum successu effectum hoc daret, primam in artibus & philosophia lauream, anno 1585. & superiorem assumerem voluit, Decano tunc temporis ac Promotore Viro CL^{so}. Dn. M. Andreâ Dærero, qui deinde ex medicinâ magnum nomen adeptus est. Decoratus bunc in modum insignibus Magisterii mox omni diligentia privatas scholas aperire, suaq[ue] fidei commissos adolescentes complures ingenuos, non plebeios tantum, sed etiam Nobiles, atq[ue] in his Magnifici quondam & eminentissimi Viri, Dn. Davidis Peiferi, Ducum Sax. Cancellarii meritisimi, viriplane incomparabilis, dilectissimos filios erudire cepit & exercere disputando & perorando & legendu[m] in linguis & artibus. Quo ipso meritus fuit, ut vix elapsos à promotione biennio, anno videlicet 1589. summa voluntate in Consilium Facultatis Philosophicæ admissus, & sequente anno primo factus sit Decanus eius. Incubuit hoc eiusdem tempore, anno mimirum 1592. in augenda uxoris curam, matrimonio sibi juncta virgine tunc temporis lectissimâ diuina, Agnete Fritschansia, civis Torgensis precipui filia, atq[ue] ex preclaro Moserorum stemmate oriunda. Id quam bene verterit, postea dicemus. Prius enim spectandus nobis Collega noster amantis. in diversis honoratorum officiorum partibus, ad quas gradatim DEO ducere, virtute Comite evectus est. Primus veluti campus, unde excurrit ipsius industria, proponebatur ip[s]i Thomannus ludus, in quo singulari benevolentiâ Senatus Urbis amplissimi proximus à Rectorre locu[m] temporis est attributus. Nam cùm designatus esset à Communitate Philosophicâ Oratorie Professor, consentientib[us] suffragiis & electione legitime institutâ, multa inter calicem ac labra. Quare tñ tagi sibi spem illam functionis honoratoris domi conditam habere videretur, nihilominus evenit ip[s]i, à spe omni subito depulso, quod proverbioladicimus: multa inter calicem ac labra.

Ita sepius in officio scolae Thomanae per sequi annum stetit: hinc anno 1594. Annebergam migravit cum familia, honesto & liberali ejus Urbis Senatus stipendio conductus, ac scolae, quæ ibidem non incelebris habetur, capessenda gubernacula. Edidit hic loci Orationem elegantissimam & r̄t̄y Scholam & Academiam debitorum, que adhuc extat, deg[er]at, saluberrimè admonens surgentis nominis fame strenue prælufit. Accidit interea temporis, ut qui ante triennium in aequalitate catbedra Oratorii luminibus ipsius obstruxerat, suo discessu denu[m] vacuam ficeret Professionem. Quare secundum Herodotum illud; ὁ τὸν δὲ γένεαν φύγοντας οὐδὲν πάλιν επέστρεψεν, & jamdudum sibi debitam catbedram occupat & tenet per quartu[m] annos magno cum planu Collegearum & studijs se juventutis fructus eximio. Nam tradidit illi præcepta rhetorica ex autoribus optimis, Aristotele, Cicerone, Quintiliano, Virisq[ue] & spirantibus ad imitandum exemplis, Naturalis anno 1599. & ut prius, sequente confirmatione Illustriissimâ, huic summâ fide & dexterrimo iudicio omne dicendi artificium illustravit. Vertente quadriennio designatur Professor scientie.

etiam Professionis generi octennium presit. Viduisse hic ipsum omnibus ingenii nervis coninxum hoc agere, quò doceret suos yngnios philosophari de natura & potentia & viribus, non ex turbidis scholasticorum lacunis baurienda, sed ad limpidissimos principis philosophorum, & illius Græcorum interpretationem fontes deducendo: id quod demonstrant ejus in totam Axiomatikâ Aristot. Et in lib. IV. meteo[r]. Commentarij longè doctissimi, digni, qui publici juris siant: quibus addidit elegantissimam enarrationem libelli Melanchthoniani de Animâ, & dum fungitur hoc Professionis genere, bis ab-